

menter cum acerbeque ignavia increpita objurgavit, usque adeo insolenter, ut diceret, Eum non esse ipsius Portundi filium, qui hostem reformidaret; biremis tantum ex speculatoris myoparonibus instructum: quando ipsa vel sua tantum pratoria trime, cuncta ea barbarorum leviora navigia esset de merisur. Tum filius, qui cum virtutis, tum prudentie præcellens erat: Dii faxint Pater, inquit, ut nos concepti timoris dispudat potius, quam dolcat. Eo modo Portundus suæ pratoria ita cursum intendit, ut reliquas, quæ remigio minus valebant, anteciret. Aidinus Smyrnæus archipyrata, cui Cacciadiabolo cognomen fuit, ubi inæqualem hostium cursum deprehendit, quod longa, & intercisâ ferri nullam conferturi frontem cum pratoria videbantur, hoc consilii suscepit, ita divisis pugnae muneribus, ut validiores biremes rostris hostilem classem recta ferirent, leviores autem singulas binæ à lateribus aggredierentur. Favit fortuna prædonibus æqua, nostri verò infestissima: nam Aflanes Celebinus, & Solymannus, audacissimi omnium, & pugnacissimi, uno tempore, hic à latere, ille recessimè e prora in pratoriam invehi; priusquam succurrî posset, Portundum, capta pratoria, cum suis omnibus propugnatoribus trucidaverunt, ita ut vexillum reponere, quod magnopere cæterorum animos imminuit, sterneretur: parique celeritate reliquæ triremes, capsis omnibus, in potestatem Turcarum venire. *Jov. lib. 27.*

PROFERTINI, Cosmo Saxeto senatori bellum contra Clementem VII. Pp. Romæ à Cesarianis obsessum dissuadenti, non parentes, non multo post temerarii cepti pœnas dederunt, libertate ipsi erepta. Si quidem post annum obsidionem; annona absumpta, ærario exhausto, Clementi se dederunt, & Cesaris voluntate Alexandrum Medicem, Clementis nepotem, Caroli V. generum, ducis nomine susceperunt, anno 1531. *Seb. Supplem. lib. 10. ex Jovio.*

SELMUS Turcarum tyrannus contra Amurathem nepotem in Armeniam exercitum ducebat. Verùm ob itineris difficultatem, & pericula Chendemi Bassa summæ auctoritatis suadere cepit, ut in Cappadocia subsideret, exercitum ab labore viae reficeret, atque illic hostium adventum oppeteretur. Selmus, qui, ut erat asper, atque immitis ingenii, cuncta consilio, atque auspiciis suis administrari volebat, pratoriam dimisit, testatus se iterum per pacata, insectaque victoriam omnino relaxatum, postquam fenex tantopere de vita sollicitum honestissimum mortem timeret. Hæc dicentem regem excepere flammam duces, assentari soliti, qui propter emulationem Chendemi gloria, atque opibus invidabant, ejusque fidem suspectam tyranno reddebant. Eum Selmus præpropria crudelitate præcepit, inauditum, ac vera momentem interfecti jussit, ut cæteros ab simili confidendi libertate perterret, doceretque, ea esse optima consilia, quæ imperator divina veluti consilia reperisset. Sed eventus docuit, tutius fuisse Chendemi consilium, & id tyrannus ipse facile agnovit. Nam xxx. millibus suorum amissis, & tormentis bellicis relictis, quibus solis victoriam licet dubiam reportarat, fugienti similibus Perlarum sinibus excessit. *Sabell. Supplem. libro 4.*

LAURENTIUS Almeida, Francisci Prætoris Lusitani apud Indos F. victorius clariss. tandem in portu Chaulense contra classem Campforis Aegyptii pugnans, fugata confusus fuit. Qui cum illo erant, cum hortabantur, quando zētus adversus esset, & ideo minime possit in hostium navem invehi, regrederetur. Quod consilium ille juvenili audacia motus, accipere nolens, alia rursus fugata vulneratus, à prælio tamen non desistit, donec quinquæ hostium triremes cepit, reliquas fugavit. Navarchi cum illum viderent faucibus, magnanque militum partem vulneribus impeditam, cum horabantur, ne cum hostium rostrata nave congereretur, sed eam, & alias tormentis eminus usque eò verberaret, dum omnes deprimeret. Id consilium Laurentius aspernatus est, cum diceret, Naves hostiles esse magnas, & omnibus rebus instructas, adeoque melius esse eas omnes capi, quam deamergi. Sequenti die cum hostium classem collegisset, Lusitani post mediam noctem clam vela faciunt. Hostes insectantur, pratoriamque navem, quæ agmen cogeat, emissis telis remorantur, eamque unam multæ circumveniunt. Tormenti præterea unius icu perforata, aquæ magnam vim intra sentinam admisit: cujus pondere gravata, clavo dirigi haudquam poterat: atque tandem impicatorum munitionem, quæ sub aqua latebat, incidens impregit. Fuit Laurentius à suis admonitus, ut in paronem, ad eam rem paratum, summa celeritate præditum desiliret, ut posset ad

suos confugere. Quo consilio graviter offensus: Minime sibi decorum fore, dixit, id periculum devitare; in quo committitur litones suos desereret. Præterea confidere, tantum se posse cum illo præsidio, quod sibi fuerat reliquum navem turar, dum zētus reciprocatione possent rursus reliquæ naves, opem ferendam accedere. Erant nunc in navibus septuaginta homines vulnerati, & triginta tantum sani reliquæ cum cæteris, quam acri animo Lusitani se ad resistendum pararent, eminus tantum rem gerebant: crebris tormentorum ictibus omnia personabant. Laurentius hortator, & spectator aderat, & omnibus rebus occurrebat, optimique imperatoris officio fungebatur. Tandem cum semur illius pilei icu dilaceratum fuisset, se in cathedra ad navis malum collocari præcepit, & inde, animo maximo imperabat, eosque ut virtutem factis egregiis ostenderent, hortabatur. Hæc maximis vocibus admonentem alia pila in pectus emissa interemit. Navis jam maxima ex parte armamentis nudata, at multis in locis dissoluta, & aquis opplata tandem est. *Ofor. lib. 5. ser. Emman.*

CONSILII STULTIS, MALIGNIS, FRAUDULENTIS PARERE.

Superioris Tit. Exempla quadam huic loco conveniunt, quatenus consilii boni non parentes, consilii mali parent. Versatus itaque locus uterque in comparatione mutua honorum, & malorum consiliorum. Ex Tit. Ignorantium, & Stultorum Principum quadam huic loco inseriunt.

EXTRA BELLUM.

ADAM sive illecebris Evæ persuasus sciens, sive humana fragilitate interdicti divini oblitus, de fructu vitæ comedit, suæque culpa, & justitiæ De horrenda, & misericordie in æternum celebrandæ campum aperuit amplissimum. *Gen. 3.*

SEDECIAS Judæorum Rex; Hieremie Propheta monitis non invitatus paruit: sed consilii, & principes cum corrumpebant: quibus ut morem gereret, Hieremiam in vincula conici passus est. *Jos. lib. 10. c. 10. Antiq.*

PAULUS Apostolus Romam vincitus ducebatur. Divinitus autem periculosa navigationem fore cogitans, in Creta insula subsistendum putabat. At cum Centurio plus navis, quam Paulo crederet, tandem ad Melitiam in Mari Adriatico gravissimum sunt passi naufragium. *Act. 27.*

Cum cognovisset Juno, Jovem, cum Semele Cadmi F. sapius rem habere, zelo, & ira mota, sumpta unius Semelæ ancillis forma, suavit illi, à Jove petere; ut ea majestatis, honoreque factum concubaret, quibus cum Junone confuisset. Quod postulatam amens Jupiter, cum tonitru, ac fulmine ad Semelem descendit. Quæ insolita ter territa, expirans abortiva est. *Diod. lib. 4. c. 5.*

Atheniensibus factum datum est, ut ab usi ingenio, si quid publico consilio decernendum foret, in deteriori partem pleurumque stantant, temporeque, quod in discrimen abducit, consilium sequantur. Quare verbum Anacharsis fuit, Sapientes in concionibus sententiam diere apud Græcos, stultos vero judicare. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 11.*

Post eladem à Pompejo ad Dyrrachium acceptam C. Jul. Caf. Apolloniam profectus est. Eum secutus Pompejus, solitis artibus bellum trahere cunctando erat intentus, ut ceperat: principes verò ipsius ambitionem in prorogando bello arguebant. Tot vocibus, consiliisque superatos, unus omnibus cessit invitus; decrevitque pugnatæ: adhuc tamen rem traherebat. Cafar verò dilationem oderat, neque sperabat Pompejum posse ullo ingenio ad pugnantum induci. Hæc difficultate perplexus, ultimum belli genus elegit, ut motis castris in perpetuo motu esset, neque unquam amplius, quam unum diem uno agere in loco. Hoc sibi consilium una ratio suggererat: noverat enim exercitum suum fortem, duratumque laboribus. Pompejanum verò molliorem, & versatum in urbibus, & discursibus infestum: itaque circumduendo illum posse fatigari. Præterea mutatione locorum, quod frumenta jam in agris essent, vidurum uberius exercitum consistere. Illa autem spe potissimum movebatur, si forsitan se vagante hostis etiam inoveretur, & sic inter eundem casus alius quis, atque occursum exoptate pugnae tribueret facultatem. Ex his enim omnibus hoc ultimum evenit, ut sine amplius difficultate daretur occasio, cum ab Apollonia Cafar castrametatus esset; in Thesaliam regionem vicinam. Collatis acribus, quantumvis numero longè major victus est Pompejus. *Jos. Genard. y. Parahp. Hisp.*

Cladius

Cladius Caf. libertis, uxoriisque additus, non principem, sed ministrum egit. Compendio cujusque horum, vel etiam studio, ac libidine honores, exercitus; impunitates, supplicia largitus est: & quidem inscians plerumque, & ignarus. *Suetonius.*

SERGIVS Galba majore favore, & auctoritate adeptus, quam gessit Imperium: regebat trium arbitrio, quos unâ, & intra palatium habitantes, nec unquam non adherentes, Pedagogos vulgò vocabant. Hi erant T. Junius legatus ejus in Hispania, cupiditatis immensus: Cornel. Laco, ex affessoris præfectus pratorii, arrogantia, focioridique intolerabilis: libertus Icellus paulò antè annulis aureis, & Martiani cognomine ornatus, ac jam summa equestris gradus candidatus. His diverso vitiorum genere grassantibus, adeo se abutendum permisit, & tradidit, ut vix sibi ipsi constaret: modò acerbius, pariorque: modò remissior, ac negligentiior, quam conveniret principi electo, atque illius ætatis. *Suetonius.*

Missus contra Gothos, qui superato litro in Thraciam Mexiamque fese effuderant, Scabianus cum cccm. pedum, Hadrianopoli eos profligavit. Sed & Gratianus Augustus exercitum parta de Lentiniensis Germanis victoria clarum adducebat: & Valentem Imp. qui illi obviam proficisceretur, ut se expectaret, nec solum tanto se periculo obiiceret, obsecrabat. Sed vicit eorum sententia, quibus Gratianum non expectandum esse placuit, ne victoriæ jam penè parta particeps adolescens Germanica victoria gloriosius evaderet. Interea presbyter quidam Christianus, à Fritigerno Gothorum Duce legatus ad Valentem accessit, ac nomine Fritigerni petiit, ut sibi, fuisseque patria pulsus habitanda Thracia cum omni pecore traderetur, & pax cum Gothis perpetua firmaretur, proprio verò, tanquam amicus, monuit, nunquam Gothorum populum ad has conditiones descendendum, nisi armatum eis exercitum ostentaret, & terrore Imperatorii nominis intentato, eos perniciose pugnandi studio dederet. Ergo Valens exercitum instruit. Gothi strepitu armorum perterriti, iterum legatos de pace miserunt. Quorum utilitatem Imperator aspernatus, optimates ad se mitti postulavit: moras autem illi de industria iniiciebat, ut equites sui ad tempus redirent, & miles Romanus calore debilitatus æstivo liquefceret, ardentibus circum campis, quibus dedita opera ignem intulerant, quod malum gravis etiam hominum, juvenumque inedia onerabat. Prælio inito, victi magna strage Romani, ut vix tertia pars exercitus evaserit. Cladi nox modo in imposuit. Valens primis tenebris lethali sagitta istu laucius ex acie cecit, neque postea apparuit. Pama obtinuit, eum cum candidatis, & spadonibus paucis ad agrestem quandam casam esse delatum, ibique ab ignorantibus hostibus, quis esset, circumfessum, & quod introrumpere non possent, ad motis famentis, & subjecta flamma ipsum cum domo esse combustum. *Sigon. lib. 8. Imp. occid.*

ISAACIUS Anglus Imp. aliorum, & quidem ineptorum hominum consiliis gubernandum se permisit, summa rerum Theodoro Castamonite avunculo mandata. Eum Lotgochem secretorum designavit, illiusque arbitratu huc, atque illic initer milarit mancipii traheretur, & quiquid ille veller, agebat, nusquam iudicio suo, in adolescentulum quandam, cui adhuc literate, & tabella opus erat, translata est. Eo quoque extincto, parvus puer, qui non ita pridem à calamo, & atramento discesserat, propter facetias suas summam rerum administravit, ita non Imperatorem dumtaxat, sed militares etiam catalogos tractaret. *Nicias lib. 2.*

ALEXIUS Angelus Græcor. Imp. initio principatus prod clamati jussit, se magistratus non venditurum, sed delectu ex optimis habito, gratuito mandatum. At cum nimia facilitate amicis suis omnia concederet, Resp. præfectorum avaritia perfundata est. *Nicias lib. 2.*

CAROLUS Canutus, Rex Sueonum, & Gothorum, arariffimorum præfectorum culpa regno pulsus à Joanne Uplalenti Archiepiscopo, ad Castimurum Regem Poloniz fugenda volebat. Dispositis navibus, cum jam sola anchora levanda restaret, quidam ex præfectis regem interrogat, An quicquam in terra neglexisset? At is suspensus respondit. Neglexi profectò ante plures annos te, & tui similes, in furcam suspendere: quod si tunc fecissem, nunc quietus in tranquilla Republ. remanerem. *Joannes Magnus libro 23. capite 7.*

MISTIVOJUS Vandalorum Princeps, postulataverat in conjugem neprem quandam Bernardi Ducis Saxoniz. Dux spem fecerat possenti. Instante tunc expeditione Henrici I. Imp. in Italiam, Mistivojus, ut futurum matrimonium aliquo in du-

cem obsequio demereretur, cum mille equitibus Ducei comitatus est: qui in prima semper pugnantis acie penè omnes E perierunt. Reversus in patriam, puellam deposcebat. Tum Theodoricus Marchio Brandeburgensis, consanguineam ducis clamabat non esse dandam cani. Quo ille audio vehementer indignatus discessit. Dux metuens rebellionem, Mistivojum revocavit, ut optatis nuptiis potiretur. At ille respondit: Magna nobis gratia rependitur, pro obsequio, ut jam canes, non homines judicemur. At canis feroc magno dabit latratu, & morsus. Reversus in Vandaliâ, ad Rebellionem concitavit populares omnes, à quibus Saxonia miscere discepta est. Theodoricus exutus à Vandalis omni suo principatu, præbendarius factus Megdeburgi, miseram vitam in calamitate finivit. Mistivojus tamen sub finem vitæ ad se reversus, pulsus patria Bardevicum concessit, ibique pie consenuit. *Crantzius libro 2. Vandaliz, capite 41. c. 42.*

DONEVALDUS Forresensis arcis in Moravia præfectus, quod Duffus Scotorum Rex quosdam adolescentes sibi necessarios ob rebellionem extremo affecisset supplicio, uxoris suavis, & hortatu regem hospitio exceptum crudeliter necavit. *H. Boet. lib. 11.*

IN BELLO.

ADRASTUM Regem Argivorum objurgat Thebesus apud Eurip. in Supplicibus, quod juvenibus obscurus, duxerit exercitum contra Thebanos, inquit: In militiam omnes Argivos ducens, vatibus intercedentibus, divina tamen dicta negligens, ut negligens Deos, perdidisti civitatem, à juvenibus inductus, qui in honore positi gaudent, & bella promovent absque justitia, perdentes cives: hic quidem, ut Imp. sit: alter, ut pro libidine agit imperio in manus suscepto: alius propter lucrum, non respiciens populum. Sed & paulò antè dixerat: Alacritati nimirum studuisti potius, quam bonis consiliis. Hoc sanè multos perdidit Imperatores.

Cum Cares à Rege Dario descissent, & ad Columnas abbas, ad amnem Marisam convenissent, consulti quomodo Perlis repugnare possent: multe sunt à multis dictæ sententiæ, sed optima omnium à Pixodoro Mausoli viro Cendyenti: ut transmissio Maandro Cares flumen à tergo habentes, ita demum cum hoste congregeretur, ut sublata spe retrò fugiendi, redderentur animosiores. Verum hæc sententia non pervicit, sed illa, ut Perlis potius à tergo Maander esset, ne Perla fugam facientes evaderent. Superato à Perlis Maandro, ad amnem Marisam Cares prælium conferuere, victique sunt magna strage. *Herod. lib. 5.*

Phocenses ob multam ipsis ab Amphictionibus irrogatam, quod Xerxis in Græciam irumpentis partes, licet necessitate coacti, secuti essent: Philomeli consilium de invadendo Delphico fano amplexi, se, suosque perdidit. Quandoquidem ob id factum omnes Phocidis urbes dirutæ, & ad formam vicorum redactæ fuerunt à Philippo Rege Macedonum. *Paul. in Phocidis, & Diod. lib. 16.*

ARISTAGORAS Milesius tyrannus, cum instinctu Histiaz Milesii à Cario Rege descisset, & societatem belli habere cuperet: primum Spartam venit, ut Cleomenem Regem persuaderet, proposita facilitate Asia potiundæ. At Cleomene id prudenter renuente, Athenas profectus, id quod Cleomenis non poterat, triginta millibus Atheniensium persuasit. Miserunt igitur viginti naves Jonibus auxilio. Quæ classis initium omnium malorum Græcis exitit, & Barbaris, & Darius ad subigendos Græcos impulit. *Herod. lib. 5.*

NICIAS Nicitarum F. Atheniensis, Alcibiadis ambitioni sese acriter opponens, à bello Syracusano populum dehortabatur. At cum Alcibiadis rogationem Athenienses approbassent, & Niciam Alcibiadi, atque Lamacho collegam adjunxissent: advocata concione à ceptis eos testato deterruit. Invitus inde ab bellum pertractus, cum Syracusanos extremè urgeret, Gylippo tandem Lacedæmonio superveniente, in portu Syracusano inclusus, classem amisit: tetra fugiens, se simul, & exercitum hosti vincendum objecit, ad amnem Afrinarum, non culpa sua, sed fatali necessitate: quam uti prævidit, ita Atheniensibus, ne in eam ruerent, persuadere nequivit. *Plut. in Nicias.*

Athenienses à Syracusanis magna clade affecti, & à sociis bello Peloponnesiaco derelicti, imperium maris amiserunt. Alcibiadis tamen licet exulis ope sese paulatim recolligentes, Lacedæmonios in Helleponto non parvis cladibus affecerunt.

rant. Lacedemonii Endium Legatum Athenas misere pacis causa. Modestissimi Athenienfium ad pacem inclinabant. Ceterum, qui bellis affueverant, & popularibus tumultibus suas opes sustentabant, bellum fremere omnes. Quam sententiam secutus comprobavit Cleophon, cujus tum maxima erat apud populum auctoritas, & gratia. Hujus consilii Athenienfes tum demum frustrati poenituit, cum nulli profusum ipfum poenituisse usui esse potuit. Adulamentis enim, & compofitis ad gratiam sermonibus pellecti, adeo ex summo propere rerum fastigio corruere, ut nunquam post amplius afflis refumere vires, pascamque vindicare dignitatem liceret: capta tandem urbe a Lyfandro, & xxx. tyrannis impositis. Diod. lib. 13.

NERO Romanorum Imp. natura crudelis, consiliorum insuper suorum insidioso multa contra dignitatem fecit, cum crebro ab illis audiret: Tu hanc patris? tu hos times? ignoras te Caesarum esse? teque illorum potestatem habere non illos tui? Xiphilino Nerone.

Victus ab Aetio Valentiniani III. Imp. Duce, & Theoderico Vefthgothorum Rege, Attila, in campis Catalaunicis, nisi fuga clapsus, in plaustorum munimenta se conferens, vix sue consulisset, de Hunnis actum erat, Thorismundus enim Theodorici patris eadem capite Attila rependisset, nisi Aetius consulisset ei, expedire paternum regnum defendere, quam hostem persequi: veritus, ne profigato Attila, imperium Gothi in Romanos verteret. Attila, ubi retrò abiisset hostes inllexit, reparatis in Pannonia viribus, invasit Italiam. Cuspinianus.

ANDRONICO Palaeologo Imp. consilarii avari fuerunt, ut classis sumptus, quibus sicum Imperatorum exhauriret, tollerent. Quo facto Romanorum maritima potentia imminuta est, & hostium firmata, adeo ut piraticae trirames Byzantium usque per ludibrium accesserint. Gregoras lib. 6.

ALGERUS, & Alphus Dani Reges, contra foedus cum Amundi Sueonum Regis filii pactum, Bolvefio aulico muneribus adversariorum corrupto, bellonem suadenti, parere. Victi proinde, cum tota familia excisi fuerunt. Joannes Magnus 17. c. 3. §. 16.

FRANCISCUS Turrianus, Mediolani a fratre Napo, ejus urbis principe, contra Othonianos patricios Mediolano ejus exercitum ducente, ad res urbanas tutandas relicto, cum victoria nuncium accepisset, rogatus sententiam de captivis, rescripsit, Cuncta simul Hydrae capita ense recidenda, ne renata venenum rursus effundant. Napus, licet multum distadente Cassano silio, ad Galaratum oppidum duo, & viginti insignes patricios secuti percussit, cervicibus ad plaustri temonem appofitis, atque ibi repetito saepe ictu saevissime detruncauit. Sed id facinus nobilissimos quoque adversus Turrianos concitavit, adeo ut non plane exacto triennii spacio, patrem omnino cladem Turrianis rependerint. Jovius in vita Othonii Vicecomitis.

CAROL. IIX. Gallorum Rex, a Ludovico Sforcia evocatus contra Aragonios, ad Neapolitanam expeditionem temerario accessit consilio: cum illum neque ararii inopia, neque procerum indignatio, neque Ludovici insidiae propofitae ab inepto abducerent: Juliani Roveri Cardinalis Ostiensis, fatalis calamitatum Italicae instrumentis, auctoritate, & consiliis accendit. Guicciardi lib. 1.

FR. Almeida India praetor, rerum gestarum gloria clarissimum revocatus, cum a promontorio Bonae spei non procul abisset, aquationem facere constituit. Quidam e Lusitanis in oppidum, quod inde quatuor millibus passuum aberat, concessit. Hi hominem bene acceptum dimiserunt, & ingenti arietate in amicitiae signum donarunt. Almeida illum cum aliis XII. hominibus in oppidum remisit, ut oves, & boves coegerent. Incolae eos ad epulas invitarent, & muneribus, quae tellus illa fundit, affectos, cum gregibus, quos emerant, dimiserunt. In via factus est illis obviam homo quidam cum arietibus, ut eos cum muneribus commutare. Hic quidam ex Lusitanis: Hunc, inquit, per vim abducamus ad Almeida, ut cum vestibus exculis ad suos redierit, eos nobis ardore, familiaritate conglutinet. Is cum impetretur, clamorem ingentem suscitavit. Oppidani festinanter accurrunt, hominem e Lusitanorum manibus extorquent, eos faxis, & lapidibus caedunt, maleque multatos efficiunt, & gregibus etiam spoliant. Hi reversi, ne id eis fraudi esse posset, rem longe aliter, atque acciderat Almeida retulerunt, eoque rem deduxerunt, ut Almeida cum ea gente bellum suscipere coegerent. Itaque de media nocte in scaphas defiliens, in terram cum ei, militibus nudis, quoniam gentem contempse-

rant, egressus, in oppidum ante lucem pervenit. Oppidani continuo orem sublati clamoribus implorant. Oppidani undique permulti cum faculis e corio crudo confectis, in quibus vim lapidum congererent, ad Lusitanos, qui jam cum praeda redibant, obruerent. Gestabant praeterea jacula innumerabilia non longa, quibus erant cupides hamatae trium palmatum longitudine praefixae. Cumque essent summa celeritate praediti, facillime poterant coniectis faxis, & jaculis cursu sese a clade propitere, & rursus eadem celeritate in Lusitanos incurfare: quos zelus adurebat, lassitudo conficiebat, ita ut vix plantas in arena ardentissima altius impressas evellerent. Almeida jaculo guttur transfixus procubuit, genibus in terram flexis, & oculis sublati manus in caelum tendens, vix probitate, & liberalitate, & rebus gestis immortalitate dignis admirandus: memorabili vix exitu, quod ejus in bello Graceni tam clara virtus extiterat, qui maximos in India exercitus fuderat, qui Campofini Aegypti Imperatoris opes fregerat, qui multis Regibus suorum iniecerat, temerario insu, & ausu suorum inductus, a paucis hominibus, inermibus, & nudis, non multum a belluarum feritate distantibus occisus, & eorum pedibus proculcatus sit. Quinque, & sexaginta Lusitanii simul in ea pugna interfecit: in quibus erant Duo decem undecim, maximis in rebus cogniti. Creditum est illos, eo quod se insolentius in prosperis successibus extulissent: & victoria nimis crudeliter usi fuissent, eas poenas divino iudicio perulisse. Anno Salutis 1510. Oforius lib. 6. rerum Emmanuelis.

Vide supra. Consilium malum consulitori pessimum.

CONSILIARIOS NON ADMITTERE. IN CONSILIIUM alios non adhibere. MONITA, Consilia, Judicia aliorum spernere.

Si Consilientiam species horum, qui sibi ipsi profectis videntur sapere, et aliorum consilio non opus habeant, ad locum Superbiae pertinent: si imprudentiam, qua obcurati quid expediat, videre nequeunt, aut saltem divitiis, quam expediat, negotium differunt, praesentis erunt loci.

Monitus fuerat Godolias praefectus Judaeae a Rege Babylonio, ut sibi ab Immaele Nathanae F. caveret. At quidam dicit credere noluit, septimo post mense ab eo oppressus est Hierem. 40. §. 4. Reg. 25.

XERXES Persarum Rex, in cuius nomine superbia, & impotentia habitat, suo jure tam insolenter usus est, quod Graeciae inducitur bellum, adhibitis Asiae principibus: Ne videret, inquit, meo tantummodo usus consilio, vos convocavi. Ceterum memento, parendum magis vobis esse, quam suadendum. Atrogant etiam, si victori ei petere regiam contigerit: tam deformiter victi, necias utrum insolentis dictum, an imprudentis. Val. Max. lib. 9. c. 5.

Cum eadem die, qua M. Brutus in Campis Philippicis adversus Octavianum victoriam reportavit, ejus etiam classis ingentes copias ex Italia missas oppressisset: viginti diebus victoria ista Brutum laetavit. At pridie, quam secundo cum Caesare, & Antonio dimicaturus erat, ad eum transfugit Clodius, nunciavitque Caesari classem ab illius classe profugam: ideoque propere ad certamen. At ipsi fides non fuit habita, neque in Bruto venit conspectum, & aspectus profusus, quasi nihil certi audisset, aut fama favoris conciliandi gratia adfret. Hic secundo igitur praelio commissio Brutus circumventus ab hostibus, fuga vix elapsus est. Plut. in Bruto.

SIGBERTUS Occidentium Saxonum in Anglia Rex, cum suos non libenter audiret consilios, unum ex iis Cumbrianum interfecit. Qua re indignati reliqui, facta conjuratione, cum primo imperii anno regno deturbarent. Tum Sigbertus sese in loca sylvestria addidit, & ibi a vilissimo Cumbriano servo, qui porcos pascebat, trucidatus est. Polyd. lib. 4.

ANDRONICUS junior. Imp. nullius consilium admittit, sui unius sententiae, & scientiae insistentis. Gregoras lib. 11.

BAJAZETES VI. Turcarum Rex adeo praefatus, & temerarius erat, ut neminem momentem sequeretur, sed sibi soli confideret, quando eundem erat in hostes. Chalcocondylas lib. 3.

JUSTINIANUS II. Imp. sexdecim natus annos, imperium adeptus, propriis consiliis usus, maxima incommoda Romano nomini attulit. Cusp.

Jaco-

JACOBUS III. Scotorum Rex homo aeris ingeni, non facillime admonentes audiebat: & cum nollet reprehendi, homines novos ad consilia capienda adhibebat. Nobiles tandem conjuratione facta, ne viderentur contra patriam facere, filium ejus nomine Jacobum, etiam nolentem, sibi ducentem constituerunt: vociferantes passim, se malum regem, non regnum everfuros. Patre in praetio interfecto, filius rex creatus est Anno 1590. Polyd. 124. §. 26.

BOTILDUS Suenonum Rex, ob avaritiam, & ignaviam omnibus exofus, urgentibus hinc Rutenis, illic Danis, classe ad fugam ad Cutes comparata, priusquam anchoris, & velis elevatis vento se committeret, thesauri ejus custos Storbliundus, in aures ejus suffurans, quaevisit. An alicujus rei in terra oblitus esset? Cui rex, Enim vero, inquit, nimis diu oblitus sum procerum meorum consilia audire, cujus oblivionis poenas nunc do. Joan. Magn. 1.2.

CAMPOBACHIUS mortem Nicolai Calabriae Ducis egens, & exul a Carolo Burgundo Duce liberalissimè exceptus, & equitatu Italiae praefectus, beneficiorum immemor cum Renato Lotharingo, & nonnullis ducibus, quos in Campania Rex Ludovicus XI. habebat, consilia communi-

cavit, & Caroli vel ex insidiis trucidandi, vel capiendi curam suscepit, xx. millium aureorum, & ditiosis alicuius in Gallis idoneae praecio. Obfidebat tum Carolus Nancejum, & nobiles aliquot Lotharingos in oppidum ingredi conantes ceperat. Exis provincialis quidam Cifronio conjurationis confcius, cum ad suspensum dueretur, se quaedam ad Caroli salutem pertinentia habere dicebat, petere se Ducis congressum; Carolus fatali obfinatione, quid vellet, jubet sibi per alios nunciari. Negante id Cifronio, Campobachius sceleris prodicionem metuens, Carolum in sententia confirmat, Cifronii necem maturat. Atque ita Carolus prodicionis contra se initae cognoscendae occasione pulcherrimam neglexit. Sic enim & Gallorum insidias pacis simulatione tectas, & Campobachii perfidiam intellexisset: atque adeo de vix, & imperio suo consulisset. Nam superventibus Helvetis, Carolus in Nancei obfisione pernix, cum vicinis locis infestis fame ad dedicationem hostes compellere potuisset, temere praelium contulit: ubi deficiente Campobachio cum flore equitatus, Helvetiorum manibus casus est. Cominaeus 1.7. Com.

C \* INIQUORUM CONSILIARIORUM POENAE. Et de eorum consiliis non amplectendis.

Vide sup. Consilium malum consulitori pessimum.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

JONADAB nepos David malum consilium dedit Ammon, ut desolaret sororem eum, de quo postea multa mala evenerunt. 2. Reg. 13.

ROBOAM potiore regni sui parte privatur, quod iniquum fecutus fuerit consilium. 3. Reg. 12.

Strutum consilium Uxor Job dedit ei, sed ille tanquam prudens, & sanctus homo tamen consilio non acquievit.

Quia Jeremias Prophetae, capiendam esse civitatem Jerusalem ad Chaldaeis, dixerunt Principes populi Sedeciae Regi: Rogamus, ut occidat homo iste. Qui stulte acquiescens, respondit eis: Ecce in manibus vestris est. Non enim fas est, Regem vobis quidem negare. Jerem. 38.

Tantum fuisse Menelaum Andronico, quod ille occidit D Oniam sacerdotem. 2. Mach. 4.

Cimadaversus Menelaum judicium agitarer coram Antiocho, Ptolomaeus pecunia corruptus per Menelaum persuasit Regi, & cum ad sententiam deduxit, qui Menelaum absolvit, & multos justos ejus accusatores morte damnavit. Ibid.

\* HISTORICA.

Anno Dom. 729. Eurychius Patricius, & Luitprandus Rex interire consilium nefandum, ut congregato exercitu Rex subiceret Duces Spoletinum, & Beneventanum Exarchus Romanam, & quae pridem de Pontificis persona justus fuerat, impleret, nempe ut eum occideret. Qui Rex Spoletum veniens, susceptis ab utrisque Ducibus sacramentis, atque obfidiis, cum tota sua cohorte in Neronis campo convenit, (erat enim locus iste propae basilicam Vaticanam, olim dictus Prata Neronis) Ad quem egressus Pontifex, eique praesentatus, studuit (ut potuit) Regis mollire animum commitione L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. II.

nia, ita ut ipse Rex se prosterneret ejus pedibus, & promitteret, nulli inferre laesionem. Atque sic ad tantam compunctionem E ipse piis monitis flexus est, ut quae fuerat indutus armata exuret, & ante corpus Apostoli poneret, mantum, armillarum, baltheum, spatam, atque enses deauratum, nec non coronam auream, & crucem argenteam. Post orationem factam obsecravit Pontifex, ut memoratum Exarchum ad pacis concordiam suscipere dignaretur. Quod & factum est, & sic recessit, reclinate Rege a malis, quibus inerat consilium cum Exarcho. Ex Anst. Baron. an. Dom. 729. 100. g.

CLOTHARIUS Gallorum Rex cognita Radegundis uxoris suae pietate; permisit, ut ea sibi monasterium Pictavis construeret. Quo constructo, ut mundi fallacias, blanditiaeque respueret, & perfectionis sibi ornamenta compararet, hilariter illud ingressa est. Ceterum humani generis inimicus bonis omnibus invidens, eam persequi non desistit. Nam Clotharius Rex quorundam consilio, cum filio suo Sigiberto Turonos venit, sub devotionis praetextu, ut facilius inde Pictavos adiret, ipsam Reginam repetiturus. Quae res, illa, comperta, literas scripsit, cum divina obfestatione, ad virum Apostolicum Germanum Pontificem Parisiensem, quatum cum Rege erat: casque per Proculum agentem suum secretis misit cum Xenio, & elogius. Eas literas ubi perlegit vir Deo plenus, cum lachrymis se prostravit ad pedes Regis apud B. Martinii sepulchrum graviter cum obfestatione, ut litteris ei erat indicatum, ne Pictavos adiret. Tum Rex animo commotus, intelligens Reginae eas esse preces, poenitentia ducitur, & malis consiliariis conatus suos imputans, seque indignum iudicans, qui talem Reginam diutius apud se haberet, itidem se prostravit ad pedes beatissimi Patris Germani ante S. Martinii hima, orans ut a B. Radegunde veniam ipsi peteret, ut illa condonaret, quod in eam, a malis consiliariis persuasus, peccasset. Et ecce repente illos malos consultores ultio divina persequitur. Sicut enim Arius Catholicam fidem oppugnans intestina sua omnia in cloacam effudit, ita & isti accidit, beatam reginam infestantibus. In vita S. Radeg. Reginae 1. 2. c. 4. §. 5. Apud Sur. 15. Aug. 100. 4.

Sub annum Christi Domini septingentesimum vigesimum tertium, in Tiberiade Dux quidam erat Hebraeorum imperiorum, cui nomen Sarantapechys, officina diabolorum, quibus vitare animas lusus est, & jocus, homo praestigiator, & veneficus, & Ecclesiae Dei hostis implacabilis. Hic animad-versa Ezidi Regis levitate, hominem aggreditur, polliceturque Hebraeorum ingentia malitia se Regi quaedam praedicturum, & vatem acturum in maximè necessariis rebus se offert. Eas ob res cum esset infamatus Tyranno: volo, inquit, & Princeps, modò me audias, rationem quandam indicare tibi qua poteris facillimè, & vitam commodam degere, & triginta annos regnum aequabili potestate conservare. Stultus autem tyrannus, spe & desiderio vix longioris, animi levitate elatus (erat enim homo voluptatibus deditus, & praedictus) respondit: Quaecumque me iusseris facere, modo possim, agam. Veneficus autem Hebraeus, Confessus, inquit, sine ulla dilatione jube universum per regnum epistolam, quae passim circumferatur, scribi, & mitti, qua omnem imaginem, & picturam, sive ea in tabulis, sive in opere mosaico, in parietibus, sive in vasis sacris, aut indumentis & altaribus sit, & quaecumque in Ecclesiis Christianorum reperitur, deleri, expungi, auferri, & ex toto subverti mandes: neque illas solum, verum omnes similitudines, & earum etiam quae in foro ornatus, & honestatis gratia collocantur. Nulla igitur ratione alia, quam ut odium & furorem adversus Christianos exerceret, praestigiator id tentavit. Tyrannus autem nefandus praestigiatori sua levitate auctans, missis nunciis, omnes sanctas imagines, & similitudines per universam provinciam abstulit. Hoc itaque modo primum Ecclesiae ornamenta, procurante Hebraeo venefico, oblata sunt. Christiani autem cum id suis manibus facere detrectarent: missi sunt Hebraei & Arabes, homines in Deum impii, qui exultis imaginibus Ecclesiarum quaedam calce, quaedam aliis coloribus dealbarunt, & incrustarunt. Arbitror autem relatu dignum, quem finem ignavusisse, & veneficus Hebraeus habuerit. Ezidus enim, qui facinus perpetraverat, ultra annum cum dimidio non vixit, in ignemque aeternum descendit. Postquam autem mortuus fuit, in pristinum ordinem, & statum imagines restituta sunt. Filius autem illius Ulidus nomine, indignatus Hebraeo, tanquam interfectori patris, turpissima morte hominem coegit. Ita in vaticinii sui dignum praemium accepit. Ex Joan. Damasc. lib. de imaginibus. Baron. Ann. Eccles. sub ann. Domini 723. tom. 9.

DD

Nefa-



Sed redeamus ad vetera, quamvis recentia abunde suppetant.

BAJAZETHES, VI. Turorum Rex, & Justinianus II. Imper.

LACONES. Si quando fratragemate, hoc est, callido consilio superasset hostem, Marti bovem immolabant: sin aperto praelio, gallum: hoc pacto confuefacientes belli duces, ut non solum fortes essent ad praelium, verum etiam callidis consiliis adversus hostem instructi. Præclarus enim existimabant, hostem ingenio citra sanguinem deicere, quam pugna plerumque utrinque cruenta. Plur. in Lac on.

Antoninus Pius. Vide Tit. Confiliis aliorum parere.

Qui Scipionis gloria invidabant, dicere solebant, illum esse egregiorum facinorum histrionem, Lælium verò collegam illius gestorem. Alludentes huc, quod alius est actor fabulæ, alius author. Sentiebant, Scipionem præclaras res gerere, sed Lælii consiliis. Eras. lib. Apoph.

Fertur hoc Chilonis nomine. In via non properandum. Ex incesso ligatur animus: præcepti autem præcipitem, nimium lentus ignavum. Deceat argui in publico compositis esse moribus. Fortassis deterruit ad præcipiti consilio. Laert.

ATHENIENSES, cum adversus Alexandrum feliciter pugnasent, ac Diis jam gratias agerent, rogatus Phocion, an hæc ita gesta nollet? Hæc quidem, inquit, gesta vellem, sed illa decreta sentiens, etiam inconsulta consilia nonnunquam feliciter eedere, id quoties accidit, gratulandum quidem esse Reipubl. non tamen ideo non semper utendum optimis consiliis. Fortassis & illud sensit Phocion, non esse protinus fidendum primis successibus, sed totius negotii eventum declarandum, quale fuisset ipsius consilium. Plur. in Apoph.

Rumor incerto auctore obortus erat de morte Alexandri, moxque rhetores profuerunt, hortantes, ne cunctarentur, sed illico bellum suscipere. Phocion expectare iussit, donec certior aliquid cognosceretur. Nam si, inquit, hodie mortuus est, & cras, & perinde mortuus erit. Graviter oratorem præcipitem coarctat. Ibid.

ARTABANUS Xerxi expeditionem in Græciam paranti ait: Iterum, atque iterum, dum tibi videbitur, re apud te ipsum probe considerata, edicto, quod optimum arbitrareris. Bene enim, & præmeditate consulare comperio maximum esse lucrum. Nam etsi quid è contrario eventum est, nihil tantum minus bene consultum est, superavitque fortuna consilium. Bru. l. 2. c. 25.

DEMOCRITUS Ætolus nullam rem esse tam inimicam consiliis dicebat, quam celeritatem. Præcipitata enim consilia si in transversum agantur, nulla revocari penitentia possunt in melius. Bru. l. 1. c. 15. ex Livio.

JULIUS Cæsar ea facinora plurimum probare solitus erat, que sine longo consilio, & consultatione proluxa gererentur. Plur.

AUGUSTUS Cæs. dicebat, se Romanis eum imperii successorem relicturnum, qui nunquam eadem de re bis consultasset, de Tiberio loquens, quem consiliis plurimum valuisse præsentibus fertur. Plur. in Apoph.

Vide D. præcedenti.

Erat Vir bonus, sed simplex valde, sicut indubitabili relatione percepi, in finibus Galliarum, cui Diabolus in specie, & visione Angelica frequentius apparebat: cui & dixit, Diversis quidem voluntatibus fluctuas, & quid facere debes ignoras: in hoc ego missus sum, ut meo regaris consilio, & consilium omne aliud postponas. Quæcumque autem hora prodideris meo consilio meo, & sincera visione carebis. Nec mora, ubi miserimus ille pactum cum morte spondidit, visitatur, serenatur, illustratur, & in tanta tranquillitate cordis, & corporis conquevit, ut vix se hominem inter homines, sed super homines Angelum æstimaret. Hinc cum tentator astutus in familiarum sibi superbiam, præ nimia securitate, hominem extulisset, paulatim cepit ei mollitie blandiri: & per hæc tandem miserum inclinavit, ut in crimen maximum propè corrueretur: & ipsius etiam corporeæ mortis præcipitio propinquaret. Sed miseratio eum divina prævenit, & tali remedio liberavit. Erat in vicinia ejus vir sagax ingenio, & expertus multa, cui ille confiteri consueverat, priusquam in laqueum Diaboli cecidisset. Hic, ut vidit hominem solitariam incidere, & absentem se ab omni societate bonorum, cum alloquitur in hunc modum: Miror, charissime, cujus diu jam regaris consilio; nam mutatis pristinis moribus, nec confiteri te vi-

deo, nec loqui spiritualibus viris, nec prædicationem Ecclesiasticam frequentare. Vides ergo, ne decipias te metipsum, & E

ireticiaris laqueis diaboli tentatoris. Ego quidem simpliciter te novi, & faciem, quò te solum, & privatum consilio callidus te hostis elidat, & non habes sublevantem. Ad cujus verba mox erant per spiritum patuisse commotusque, & effusus in lachrymas, arguenti se totam conscientiam patefecit. Nec moro, consilio illius à tentatione solutus est, & per consequens à tentatore. Th. Canis. l. 2. Apum. c. 2. p. 2.

Regulus quidam Hispaniæ à filio dissentiens graviter segregat se, ut ne aspectum quidem ejus æquo animo ferret Franciscus, qua erat pietate, ad concordiam revocare alloquitur studens, hortatur, parentem se esse meminisset. Filium ad se recipiendo; quod se dignum esset, facturum. Ille indignabundus vultu terribat, missum faceret illum sermonem. Igitur verbis Franciscus repulsus, ad summum parentem Deum confugiendum ratus, pacem venerans precatur. Venatum ille mox abiit, & ardente correptus febris, tectulo affixus jacuit: Post in mentem venit, morbo se justè puniri, quòd sana pii hominis consilia repulisset, Franciscum evestigio arcessit, veniamque obtulit; & illius se fidei commisit, & cum filio quamprimum in gratiam rediit. Petr. Rbad. l. 4. vite Franc. Borgie, num. 32.

HIEROGLYPHICA.

Bulla quadam cordis figuram habens puerilis ingenuitatis insignis fuit apud veteres. Ea enim figura admonitos volebant pueros, ut frugaliter semper consilia secuti, corde præcitate conarentur. Quorum enim veteres pro solerti, & acuto dicebant. Et animæ partem rationis participem, Cor, appellari solere, dicit Adamantius.

Cor igitur consilii hieroglyphicum esse, ex hisce satis manifestum est. Pier. Vall. 314. pag. 316. De Bulla illa Vide tandem Pier. hieroglyph. l. 41. pag. 395. B.

Veteres cum consilia, & cogitationes occultas esse debere significare volebant, Plutonium pingebant galeatum, & Prosperinam rapientem: tum quod subterranæ, quorum Deus dicitur Pluto, lateant, absconditaque sint: tum quia raptus clam sunt, tum denique, quòd cum in capite consilii sedes esse putetur, galea illud tegens, aptè consiliorum occultationem significet. Eruditionis quidam l. 2. hieroglyph.

\* CONSILIA EVANGELICA.

CONSILIA EVANGELICA EA dicuntur, que cum ad salutem consequendam simpliciter necessaria non sint, tamen ut paranda salutis vario expeditur habeatur, ac facilius, à Christo proponuntur, atque consultantur.

Concilia Evangelica in genere.

EXEMPLA, ET HISTORIÆ.

D. Marcus discipulus, & interpres Petri, assumpto Evangelio, quòd ipse consecrasset, perrexit in Ægyptum, & primus Alexandriæ Christum annuncians constituit Ecclesiam, tanta doctrina, & vitæ continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo, discretissimus Judæorum, videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc judaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conversione scripsit. Et quomodo Lucas narrat, Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia, sic & ille, quòd Alexandriæ sub Marco fieri doctore crenebat, memoria tradidit. Ex postea idem Hieronymus Philonem describens, hæc latius persequitur, dum ait: Philo Judæus, natione Alexandrinus, de genere Sacerdotum, idcirco à nobis inter Scriptores Ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marcæ Evangelicæ apud Alexandriam scribens Ecclesia, in nostrorum laudem verfidere est, non solum eos ibi, sed in multis quoque provinciis esse memorans, & habitaculo eorum dicens monasteria. Ex quo apparet, talem primum Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc monachi esse videntur & cupiunt, ut nihil cuiusquam proprium sit, nullus inter eos dives, nullus pauper, patrum suorum hæc est facultatem, orationi vacatur, & pialmis, doctrinæ quoque, & continentia: quales & Lucas refert primum fuisse Hierosolymæ credentes. Apud Hieron. de Scrip. Eccles.

S. Cyprianus Martyr, inter fidei suæ prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam si continentiam tueretur; tunc enim posse idoneum fieri pectus, & sensum ad plenam veri capacitatem pervenire, si concupiscentiam carnis robusto, atque integro sanctimonie vigore calcaret. Quis unquam tanti miraculi meminit? Non dum secunda natiuitas novum hominem splendore toto divinæ lucis oculaverat, & jam veteres, ac pristinas tentas fola lucis paratura vincebat. Deinde quòd majus est, cum de electione divina quadam jam non pro conditione novitatis, sed pro fidei festinatione didicisset, statim rapuit, quòd invenit promerendo Domino profuturam. Distractis rebus suis ad indigentiam pauperum sustentandam, tota prædica pretio dispensans, quo bona simul junxit, ut & ambitionem seculi sperneret, qua perniciosius nihil est, & misericordiam, quem Deus etiam sacrificiis suis prætulit, quam nec ille, qui legis omnia mandata servasse se dixerat, fecit, implet: & præpropere velocitate pietatis, pœne ante cepit perfectus esse, quam didiceret. Pont. Diac. in vita ejus.

B. Antonius Abbas parentibus è præfenti vita sublati, amonorum creiter decem, & octo, seu viginti, cum sorore admodum parva derelictus, & domus, & fororis honestam curam gerebat. In hac itaque parva sollicitudine, & cura tecto jam mente constitutus, cepit ardentiore mentis studio recolare Apostolicæ vitæ puritatem, quomodo spiritus mundi opibus, & honoribus, in extrema rerum omnium inopia se totos ad Christi disciplinam adjunxisset, atque spem omnem excelso animo in oculis reposuisset. Hac, aliaque assidua mente pertractans, cum Ecclesiam ingressus, locum illum Evangelii, quò Dominus divitem compellaverat, si perfectæ vitæ rationem assequi vellet, omnia divenderet, & pauperibus distribueret; atque pro iis sempiternum in celis thesaurum reconditum inveniret, legi audisset; protinus bonam facultatem suarum, quas habebat amplissimas, partem detraxit, paucis admodum in usus fororis, quæ & tæxi, & ætate infirmior videbatur, reservatis. Alio dein tempore religio animi pietate Ecclesiam frequentans, cum aliam Evangelii locum, quò Dominus nihil nisi de castissimo sollicito esse jubet, audisset, reliquia bonorum portione pauperibus distributa, omnibus se terrenam cupiditatem vitæ inulsi solvit, & fororem sacris Christi virginibus commendavit: ipse vero arduum, asperumque vitam institutum arripuit. Erat in vicino agello fenex quidam (necesse enim celeberrima illa, crebraque in Ægypto monasteria viscebantur) solitaria vitæ à prima ætate sectator eximius. Hunc Antonius non segnitè amulatus, in locis à villa paululum remotioribus imitari cepit, atque si quem in spirituali palæstra certaminis ante alios insignem comperisset, illum studiosius contemplanti, & summa diligentia clarissimis virtutum exemplis se experire conabatur. In vita ejus per Athan. Episc. Alex. conf.

S. Hilariion, parentibus sui defunctis, partem substantiæ fratribus, partem pauperibus largitus est, nihil sibi omnino reservans, timens illud de actibus Apostolorum Ananiam, & Sapphiram vel exemplum, vel supplicium: maximeque Domini memor, dicentis: Qui non renunciaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Erat autem tunc annorum quindecim. Sic nudus, & armatus in Christo, solitudinem ingressus est. D. Hieron. in vita ejus.

De Paulino Nolano Episcopo ( qui vivebat anno Dom. 394. ) sic scribit Greg. Turonensis: Fuit is vir venerabilis Paulinus Nolani urbis ex nobili stirpe ortus: Tarasiam similem sibi sortitus est conjugem, habens divitias multas, & tam in fundorum possessione, quam in præsidio domorum valde dives erat, ac locuples. Sed cum primum aures ejus Evangelio lætitia illa penetravit, in qua Dominus adolescentem pro divitiis arguit, dicens: Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo: & veni, sequere me: facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem introire in regnum Dei: statim venditis omnibus, quæ habebat, pauperibus erogavit. Exoneratus à cunctis cupiditatis magistru liber sequitur, per hæc se putans paradisi divitiis locupletari, si videretur nihil de transitoris possidere. Cui majestas Divina tribuit, ut quod impossibile dixerat per Evangelium, hoc possibiliter adimplere mereretur par actum. Greg. Tur. de Glor. Confess. cap. 101. & D. Ambr. ep. ad Sabin. Ep.

Gregor. M. qui postea Pontif. Rom. fuit, patre orbatus, ut ait Joan. Diaconus in ejus vita, ubi liberam disponendam rerum suarum hæc est facultatem, sex monasteria in Sicilia fabricans, sufficientibus fratribus cumulavit: quibus tantum prædiorum contulit, quantum possidet ad victum quotidianum L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. II.

Deo illic militantium sine indigentia suffragari. Et c. 6. Scipitium intra Romanæ urbis mœnia, sub honore S. Andræ Apostoli, juxta basilicam sanctorum Joannis, & Pauli, ad clavum Sauri, monasterium in proprio dogmate fabricavit. In quo, relictis feris, auro, gemmisque radiantibus togis, simulque suppellectilibus reliquis in ulum pauperum erogatis, ex hujus mundi naufragio nudus evasit, diuque desideratum monachicum capiens indumentum, primò sub Hilariionis, deinde sub Maximiani venerabilium Patrum regimine, multis sibi sociatis fratribus, regulari tramite militavit. Post verò, cum subesse mallet, fratrum votiva concordia imminente, præse non tenuit. Lib. 1. cap. 5. & Greg. Tur. lib. 10. hist. Fr. cap. 1.

Consilia Evangelica in particulari, Require sub Tit. de Obedientia, Pauperate, Castitate. Item sub tit. de Religiosis ordinibus.

\* Consolatio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Consolatio, Græcè, παρακλησις, unde & παρακλησις, consolator dicitur. Compositum ex con, & solor, quòd est quali solidum reintegro: à quo solatium, & solamen, quo poete frequenter utuntur. Virgilius.

Solamenque mali de collo fistula pendes.

Solamen à consolatione quidam sic distinguunt: quòd Solamen se fit, consolatio verbis. Unde carmen consolatorium dicimus.

Consolatio, παρακλησις, Levamen, doloris levatio. Hebr. Nibum, à Nibam, consolatio est. Convenit cum verbo Obnam, inculit: nam in consolatione clarissimas inflammationes quædam viscerum sentiuntur.

\* CONSOLATIO DIVINA.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Postquam Abraham exivit de terra sua, ad mandatum Domini, ipse Dominus consolatus est cum diversis apparitionibus, & revelationibus. Gen. 12. 13. 15. 17. & 18.

Fugienti Jacob à facie fratris sui, & super lapidem dormienti, Labanque facerem, cum patriam rediret, fugienti apparuit Dominus, & ei magnam consolationem infudit. Genes. 28. 31. & 32.

Apparuit Dominus Moysei exultanti, & oves pascenti, quòd non accidit et quàmvis nutrebat in domo Pharaonis. Exod. 3. & infra.

Filiis Israel pluit manna in deserto è celo; carnes quoque, & quam pluries, Dominus miraculosè dedit. Exod. 16.

Moyles in monte existens quadraginta diebus, & totidem noctibus non manducavit, nec bibit, reficiebatur enim divino eloquio. Num. 11. Exod. 24. & 34.

Dixit Dominus ad Josue, non dimittam, nec relinquam te, confortare, & esto robustus. Josu. 1.

Præcepit Dominus, ut corvi portarent bis in die panem, & carnes Eliæ. 3. Reg. 17.

Post hoc apparuit Dominus ei, cum fugeret Jezabel, cujus prophetas fecerat occidi. Reg. 19.

Efficaciter Dominus consolatus est Ezechiam Regem per prophetam, & per angelum, qui occidit centum, & octoginta haquinque millia de exercitu Regis Assyriorum. 4. Reg. 19.

Exaudita sunt eodem tempore orationes Saræ & Tobie, & missus est angelus Domini, qui curaret ambos, Saram, videlicet à dæmonio, viros illius interficiente, & Tobiam senio-rem à cæcitate, & pauperate. Tob. 3. 8. & 11.

Populum Israel existentem in angustia, & timore, præ exercitu Holofemnis dignatus est Dominus per manum unius famine mirabiliter consolari. Judith. 7. 3. 24. & 16.

Convertit Dominus luctum Judæorum in gaudium, quando ipsi procurante Esther hostes suos, qui ad jugulationem illorum se paraverant, occiderunt. Esth. 8. & 9.

Notabile est, quòd quando populus Israel fuit in magna afflictione, supple tempore captivitatis Babylonis, plures habuit prophetas, quàm tempore Salomonis, quando fuit in maxima prosperitate: nam Jeremias fuit in Judæa, Ezechiel & Daniel in Chaldæa. Jer. 26. 27. 28. & 29.

Angelus Domini descendit cum Azaria, & sociis ejus in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventum toris flantem, per quod apparuit, quòd